



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod angeli & sancti liberum habent arbitrium. Quod liberius erit liberum arbitrium, quando peccare non poterunt. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

cere vel dimittere. Secundum quod nec in Deo,
nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia
sunt roborati, ut iam peccare nequeant, liberum
arbitrium esse nequit. Sed quod Deus liberum ar- *Aug.ca.30.*
bitrium habeat August. docet, ita inquiens: Cer- *in medio*
te Deus ipse nunquid quoniam peccare non po- *lib 21. de ci-*
test, ideo liberum arbitrium habere negand⁹ est? *uitat. Dei*
Amb. quoque ait, Paulus dicit, quia omnia o- *Ambr.in*
peratur unus arque idem spiritus, diuidens singu- *medio ca. 3.*
lis prout vult, i. pro liberæ voluntatis arbitrio non *li. 2. de fide*
pro necessitatibus obsequio. *tom. 2.*

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. D

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in crea-
tore, quam in creaturis. Dei etenim liberum arbi-
trium, dicitur eius sapientissima & omnipotens
voluntas, quæ nō necessitate, sed libera volunta- *Hieron.ad*
te omnia facit prout vult. Ideoque Hier. attēdens *Dam.papā*
non ita esse liberum arbitrium in Deo, sicut est in *circa finem.*
creatulis, ab ipso videtur liberum arbitrium ex- *Tom. 3.*
cludere, in Hom. quadam de fil. prod. dicens: Solus *Luce 15.*
Deus est in quem peccatum non cadit, nēc cadere
potest. Cætera, cum sint liberi arbitrii, in utram-
que partē flecti possunt. Dū ait, cætera, indicat li-
berū arbitriū sicut est in ceteris. nō ita esse in Deo.

Quod angeli & sancti quietam beatitudo sunt, habent libe-
rum arbitrium. E

Angeli vero & sancti, qui iam cum Domino fe-
liciter vivunt, atque ita gratia beatitudinis cōfir-
mati sunt, ut ad malum flecti nec velint nec pos-
sint, libero arbitrio non parent, vnde Aug. ait. Si- *Aug.lib. 21.*
cuit prima immortalis fuit, quam peccando Adam *de ciuit.ca.*
perdidit, posse non mori, ita primum liberum ar- *30. in me-*
bitrium, posse non peccare, nouissimum, non pos- *dio.*
se peccare. Postea in enh. Sic oportebat prius ho-
minem fieri, ut bene velle posset, & male. Postea *August.in*
vero sicerit, ut male velle non possit: nec ideo ca- *princip.ca.*
rebit libero arbitrio. Multo quippe liberi⁹ erat ar- *105. in Enc.*
bitrium. *Tom. 1.*

bitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque aut voluntas nō est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam proflus velle possimus. Sicut ergo anima nostra non habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit: quo Deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale, quod etiam peccare possit: quamuis sit melius quod peccare nō possit. Ecce his verbis euīdēter a struitur, quod post beatitudinis cōfirmationem erit in homine liberum arbitrium, quo peccare nō poterit: & nunc in angelis est, & in sanctis qui cū Domino sunt: & tantò vtiq; liberius, quanto à peccato immunius, & ad bonum proni⁹. Quo enim quisq; ab illa peccati seruitute, de qua scripū est: Qui facit peccatū, seru⁹ est peccati; longi⁹ absit, tāto in eligēdo bonū liberi⁹ habet iudiciū. Vnde si diligenter inspiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione, & necessitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

De libertatis arbitrii differentia secundum diuersa tempora.

Ex predictis perspicuum sit, quod maior fuit libertas arbitrij 1. quam 2. & 3. multo maior quam 2. vel 1. Prima enim libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare, & non peccare. Ultima vero erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Mediavero, in qua potest peccare, & non potest nō peccare: ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem vero saltē venialiter.

De quatuor statibus liberi arbitrii in homine.

Et possunt in homine notari 4. status liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonum nil impedithebat, ad malum nil impellebat. Nō habuit infirmitatē ad malū, & habuit adiutorium ad bonū.

Tunc